



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XXII. Sermo post cœnam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

SPIRO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
Matth.
31.

Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me neges. Respondens Petrus ait illi: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter omnes discipuli dixerunt. Et ait illis Iesus: Dico vobis, quod adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est.

LUC. 22.

CAPUT XXII.

Sermo post cenam.

1. Iesu post cenam dulcissimis verbis Apostolos suos consolatur, dilectionem proximorum commendans.
2. Mandatum novum dilectionis.
3. Ardenti oratione discipulos suos Patri commendat.

I.
Ioan. 14
Consolatur Iesus
Apostolos suos.

NON turbetur cor vestrum, vado parare vobis locum. Et si abiero, & praepravero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis. Ego ad Patrem vado: & quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea servate: & ego rogabo Patrem, & alium patetum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. E-

Spiritum
sanctum
palliat
eum.

goviuo, & vos vivetis. In illo die vos cognoscetis: quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Si quis diligit me, sermonem meum servabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones non servat. Haec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclerus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecumque dixerero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet: Audistis quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum: ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc.

Dilectio
mandatorum
obser-
vantiam
operante

Parasle-
sus omnia
veritatis
Docet.

Dilectio
Christi
perficitur
ex absen-
tia corpo-
rali ipsius

Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego

2.
Ioan. 15
Manda-
tum di-
lectionis
inculca-
tur.
Manen-
dum in
Christo

EPITOMAE VI-TAE CHRISTI ANN. XXXIV.

Qui diligit, servat mandata.

Fideles non sunt de hoc mundo.

Ioan. 16

ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei praecepta servavi, & maneo in ejus dilectione. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hæc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego precipio vobis. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quæ dixi vobis: Non est servus major dño suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Modicum & jam non videbitis me: & ite-

rum modicum, & videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vertetur in gaudium. Nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrũ, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ecce venit hora, & jam venit, ut dispergami unufquisque in propria, & me solum relinquantis. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero præcedam vos in Galilæam. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

Hæc locutus est Jesus; & sublevatis oculis in cælum, dixit: Pater, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciã. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum servaverunt. Ego pro eis rogo. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, ut sint unum, sicut & nos. Quos dedisti mihi, custodivi: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego,

&c

Prædictio
Jesu discipulis
de futura
tristitia
& postea
hæc vitam
æternam

Matt. 11

Ioan. 11

3.
Ioan. 11
Dicitur
ma. Cur
si orati
pro discipulis,
& omnibus
fidelibus

Eni
delium
en. Chri
stus in
ter se.

EPITOME VI-TAE CHRISTI ANN. XXXIV. & illi sint mecum; ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, quâ dilexisti me, in in ipsis sit, & ego in ipsis.

CAPUT XXIII.

Agonia in horto.

1. Iesu cum discipulis venit in hortum ubi nonprehendus erat: orat Patrem, sudatq; sanguinem.
2. Iudas dux cohortis osculo tradit Christum.
3. Christus se capi permittit, sed prius solo verbo dejicit adversarios.
4. Petrus amputat auriculam Malchi; increpatur à Christo, Apostoli ceteri se fugiunt.

1. **IGITUR** hymno dicto, egressus Iesus cum discipulis suis, ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum. Et venit cum illis trans torrentem Cedron, in villam quæ dicitur Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli ejus. Et dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Et assumpsit Petrum, & Jacobum, & Joannem, & cepit pavere, & moestus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum. Et avulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, & positus genibus procidit super terram in faciem suam, orans, ut si fieri posset, transfiret ab eo hora, & dixit: Abba, pater, omnia tibi possible sunt: si vis, transfer calicem hunc à me: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. **Et cum surre-**

xisset ab oratione, venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes præ tristitia, & ait illis: quid dormitis? Et dicit Petro: Simon dormis? non potuisti una hora vigilare mecum? Surgite, vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et iterum secundo abiit, & oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et reversus venit, & iterum invenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum gravati, & ignorabant quid responderent ei. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertio, eundem sermonem dicens. Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum: & factus in agonia, prolixius orabat. Et factus sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Tunc venit tertio ad discipulos suos, & ait illis: Dormite jam & requiescite: sufficit, ecce appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce qui me tradet, propè est.

Sciebat autem & Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus convenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis ministros (adhuc Jesu loquente) venit illuc, & cum eo turba multa cum laternis, & gladiis, & fustibus, & armis. Dederat autem signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuerit

Sopor discipulorum.

Matth. 26.

Angelus Christo agonizanti apparuit: Sudor sanguinis.

2. *Joan. 18 Iudas osculum proditorium. Matth. 26 Luc. 22. Mar. 14.*

Tristitia Christi, & trina oratio.